

Pestini die 6^{te} April.
1796

Clarissime ac Doctissime Domine!

Litteras tuas optimatissimas dat. 20^{re} Novemb. 1794
primo sub finem preterlappi mensis Martii, et
postidre etiam semina a te mihi submissa
percepi, pro quibus tibi plurimas ago gratias.
De perceptis non minus gaudeo, quam doleo
me tibi vicem non illico retribuere posse.
Satis quippe fore judico, seminum, quae
petieras, missionem usque in proximum
autumnum differre, ne mihi tibi sumptus
pro maiore parte inanes caussem: novi
nimirum ex experientia, semina nostrorum
plantarum plerumque non germinare, nisi ante
hyemem serantur, quod cum apud nos ob-
tineat, idem in tua longe calidioris patria

9

certo eventurum esset, praesertim cum, siquis
semina nunc mitterem, tu eadem nonnisi
prosecuto jam vere percepturus esses.

Mense futuro per aliquam Latine meo
plagam peregrinabor; siqua rara aut nova
invenio, ea reliquis certo adjungam.

Siquem habes notum chemicum aut mine-
ralogum, ejus amicitiam ut mihi concilia-
te etiam atq; etiam rogo. Forse cuipiam
reperitum non ingratum foret litterarum
et mineralium commercium, mecum incedendum.
Equidem in Chemia et Mineralogia non sum
veteranus; interea tamen aliqua, forte non
omnino contemnenda, jam profecti, quae ad
commercium tale mecum instituendum alliere
possent: haec hunc exploravi minera^{rum} Hungariae
indigenam, quam Doorn in suo Catalogue

methodique et raisonnée sub nomine Argent
molybdique proposuit, et inveniri eam potest
argentum non molybdenum, sed novum ali,
= quod metallum continere; docui proterea
peculiaris viâ acidum corulei basol separari
ab aliis materiis et in conjunctione cum aloe,
et oleo vini sistere, ejusque affinitates melius,
quam hactenus factum sit, determinavi;
denique experimenta Dni Berthollet super
unione oleorum cum terris et metallis re,
= petui, et plures istarum combinationum
proprietas etc ad alias materias relationes
hactenus ignotas, per experimenta erui:
Dissertationes super his objectis proxime prodii,
= bunt in opere periodico, quod vicinè edi,
= tur sub nomine Physiologie, et Médecine
des universités de Strasbourg et de Vienne.

Cel. viri Trevisano, Toaldo, Comparotto,
et Inveni Tridentino Mazzoleus meo et
amici mei Doctori Fisterer nomine salu,

propterea plurimam dicas... vale

obligatissimus servus
Paulus Kitchel M.D.
et Adjunctus Cathedrae
et Botanicae

prof. Jos. Ant. Bonato

Patavii